Linn. Trans. VI. tab. 12 p. 151.



XIII. *Deſcription of Brotera perſica and Muſtelia eupatoria, two new Plants cultivated in the Botanic Garden of Halle, by Curt Sprengel, M.D. Profeſſor of Botany in the Univerſity of Halle.*

Read March 3, 1801.

BROTERA PERSICA.

TAB. XII.

CLASSI XIV. adnumeranda.

Character eſſentialis genericus.

LABII inferioris lacinia media cucullata, involvens genitalia, eaque cum impetu protrudens.

DESCRIPTIO.—*Herba* quadripedalis, caule ramiſque tetragonis, axillis (fig. *a.*) barbatis.

Folia oppoſita, ſubſecunda, petiolata, ovata, ſerrata, ſcabriuſcula.

Inflorеſc. Cymata axillaris pedunculata. (fig. *b. b.*)

Cal. quinquearistatus, pubeſcens. (fig. *c. c.*)

Corolla minuta, calyce vix longior, ringens (fig. *d.*): labium ſuperius bipartitum: (1.) inferius tripartitum, lacinia media (3.) cucullata, antheras cum ſtylo occultans, donec externus ſtimulus accedat, qui ilico deprimit cucullum, ut antheræ erectæ prodeant

prodeant. Corolla pallida, luteſcit ad faucem cuculli: ipſe cucullus rufus eſt.

Stamina piloſa. *Antheræ* luteæ. (fig. *e.*)

Stylus violaceus. *Stigma* capitatum. (fig. *f.*)

Semina quatuor oblonga nuda in fundo calycis. (fig. *g.*)

In honorem ſummi botanici Felicis Avellar Brotero, Prof. Conimbricenſis, id genus dixi. Accepi autem ſemina ab amico *Thouino* e muſeo naturali Pariſino, quo apportata ſunt ab *Oliverio* et *Bruguerio* e Perſia.

MUSTELIA RUPATORIA.

TAB. XIII.

CLASSI XIX. adnumeranda.

Character eſſentialis genericus.

Anthodium ſimplex polyphyllum. *Rec.* nudum. *Papp.* duplex, paleaceus & quinquearistatus. *Corollulæ* quinquefidæ.

DESCRIPTIO.—*Herba* bipedalis: caule inclinato, recurvato.

Folia oppoſita, faſciculata, oblonga, apice denticulata, lucida, punctata, trinervia.

Inflor. in corymbis, quorum medius primo floret, lateralibus elongatis ſerius floreſcentibus.

Anthodium conſtanter quinquefloruin, polyphyllum, æquale. (fig. *a.*)


e
e
d
a
a
b
c
c

Corollulæ quinquefidæ, quinæ. (fig. *b.*)

Stigmata longiſſima. (fig. *e. e.*)

Pappus duplex, paleaceus alter externus, internus alter quinque-ariſtatus. (fig. *e.*)

His potiſſimum notis abunde diſtinguitur ab Agerato et Eupatorio, cum quibus alioquin germanitatem quamdam naturalem habet.

Dixi in honorem eximii phytologi, *Muſtelii*, cujus *Eſſai ſur la Végétation* inſignia addidit incrementa doctrinæ de fabrica plantarum & de uſu partium.